



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 6. An omnes Peregrini & Advenæ potiri possint Jubilæo concessio illi
loco, in quo versantur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

S. 2. De *subjecto, seu capaci.* 139

duarum hebdomadarum spatium, in quo cum quiete & devotione possit se preparare; inquit Lugo *n.* 123. & cum eo Gobat *n.* 88.

Quare, licet in loco publicationis fuisset per totam primam hebdomadam, & in dimidio secundæ hebdomadæ iter agat; poterit, finito itinere, Jubilæum lucrari. Item, licet ultimo die primæ, vel secundæ hebdomadæ, iter ingrediatur: Quia nec tunc habet hebdomadam completam, ad quietem & devotionem requisitam. Lugo *ibid.* Gobat *n.* 90.

Q. 5. *An teneatur ratione Jubilæi quis differre iter?*

R. Negativè. Nam Bulla sine distinctione offert gratiam iter agentibus. Gobat *ibid.* *sub finem.*

Q. 6. *An omnes peregrini & advenæ potiri possint Jubilæo concesso illi loco, in quo versantur?*

R. Affirmativè. Probat praxis: & quidem, sive perveniat ad istum locum ante, sive primùm post publicationem.

Ratio

Ratio est : Quia per præsentiam tuam in isto loco, statim acquiris jus; cum promulgatio facta perseveret semper, proindeque habeat tantas vires, quantas, si fieret præsentem te. Lugo n. 126. Gobat n. 87. & 90.

Unde, si tantum per medium diem peregrinus aut viator intra binas hebdomadas fueris in loco, in quo promulgatum est Jubilæum, poteris perinde ut incolæ loci, partem aliquam, v. g. visitationem Ecclesiarum, elemosynam, &c. perficere, reliqua autem opera alibi, continuando tuum iter, aut petere commutationem, si impedimentum occurrat.

Q. 7. An possit quis lucrari bis Jubilæum, semel in primâ, & iterum in secundâ hebdomadâ, utraq; septimanâ præstando opera præscripta?

R. Filliucius tr. 8. n. 261. respondet cum Navarro Natab. 32. n. 46. Henriquez l. 7. c. 11. n. 1. Sa v. Indulgentia n. 6. probabilius videri quod possit, præcipuè quia beneficium Principis tertio